



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clavis Aurea Thesauri Partheno-Carmelitici, Sive  
Dissertatio Historico-Theologica, Referans atque  
Exponens Antiquitatem & originem, confirmationem ac  
propagationem, beneficia ac privilegia, gratias & ...**

**Paulus <Ab Omnibus Sanctis>**

**Viennæ Austriæ, 1669**

Censura Theologorum Ordinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64293)

## CENSURA THEOLOGORUM ORDINIS.



Didit in lucem aliquot ab hinc annis, præsentis Operis Author, R. admod. P. F. Paulus ab Omnibus Sanctis, Provinciæ nostræ Germaniæ Definitor, *Theſaurum Partibenocarmeliticum*, diverſis in locis pluries recuſum, qui tanquam *Scriba doctus*, de *Theſauro ſuo* protulit *nova & vetera*. Nunc item pro faciliori uſu, & ampliori fructu tam pretioſi *Theſauri*, *Clavem auream*, ſive *Differtationem Hiſtorico-Theologicam*, &c. adjecit. Quàm cum ex commiſſione R. adm. P. Philippi à SS. Trinitate, Præpoſiti noſtri Generalis attentè provolveſſem, deprehendi ſapientiſſimum Patrem Lezanam in *Appendice ad Tom. 4. Annalium Ord. Carmel. ad an. 1337. pag. 1042.* hujus libri Authorem, jure & verè, *diligentem valdè in Ordinis Hiſtorijs Scriptorem* appellaviſſe. Adde ego & jurium Carmeli peritiſſimum, ac Privilegiorum ejusdem, adverſus æmulos, propugnatozem zelantiſſimum eſſe. Tantumque abeſt, ut aliquid liber iſte, vel Orthodoxæ fidei, vel bonis moribus adverſum contineat, quinimò divite *Theſauro* opulentus, Lectores ſuos divites reddere valeat. Et cum juxta Hugonem Cardinalem, clariffimum ſacrarum Literarum interpretem, in *Cap. 13. Matth. Theſaurus ſit de raris*, tanquam apertius diceret, *Theſaurum ex pretioſis ad ſtuporem uſq; admirandis rebus conſtari*: Ita *Clavis hæc aurea*, raros ac pretioſos *Theſauros gratiæ*, à Matre gratiarum Carmelo-Mariano Ordini collatos reſerat, opesq; ampliſſimas Bullæ Sabbatinæ non minus doctè, quàm dilucidè ediſſerit. Habent proinde in hoc libro reconditos *Theſauros*, quibus fruantur Sodales Carmeli, alliciantur quilibet devoti, ditentur univerſi. Ac vel ideò ad majorem Carmeli Decorem, dignum cenſeo, qui imprimatur; rarum, qui æſtimetur: utilem ut legatur. In quorū fidem præſens teſtimonium, manu propria ſubſcriptum dedi. Viennæ Auſtriæ in Collegio noſtro die 20. Julij, S. Patriarchæ noſtro ELLÆ ſacro, Anno 1668.

*Fr. Joannes Thomas à S. Cyrillo, Definitor Provincialis.*



X Commissione R. admodum P. N. P. Philippi à S. S. Trinitate  
 Præpositi Generalis &c. studiosè, avideque legendo, cum vo-  
 luptate pervolvi Librum (*Clavis aurea Thesauri Partheno-Carmeli-  
 tici &c.*) nuncupatum, ab admod. R. P. Paulo ab Omnibus Sanctis,  
 Provinciæ nostræ Germaniæ iterum atq; iterum Definitore, præclaro  
 studio elucubratum, in quo non modo Catholicæ fidei nihil dissonum,  
 aut Conciliorum ac summorum Pontificum Decretis adversum, vel bo-  
 nis moribus contrarium deprehendi; sed vel maximè ijs omnibus un-  
 decunq; consonum, cunctis Ecclesiæ Fidelibus utilissimum, præsertim de-  
 votis Mariophilis, sacri *scapularis* aureo vellere insignitis Sodalibus ex-  
 optatissimum reperi. Ut exindè in prioribus excusis Opusculis, eruditif-  
 simus Author sibi semper in devotione ac pietate Mariana similis, in hoc  
 seipsum quodammodo superasse videatur, quod indefessum, in evolgen-  
 dis aliorum scriptis, laborem adhibuerit, in opinionibus seligendis ma-  
 turum iudicium adjunxerit, & in propugnando, propagandoque sacri  
*scapularis* Sodalitio, cum styli claritate, gratam brevitatem, amico fœ-  
 dere sociarit. Sedulum planè Thesauri Carmelitici indagatorem, & dis-  
 pensatorem fidelem agens, dum quæ apud multos dispersa & diffusa  
 fuère: ea ipse hoc in libro, velut prædiviti ærario, acuratè recluserit, clarè  
 distinxit, & compendiosè congeffit: nec non *Clavi* sua *aurea*, recondi-  
 tas Carmeli gazas doctè reseravit, easq; omnibus divites esse volenti-  
 bus, sine invidia communicavit. Quamobrem ad communem Fidelium,  
 singulariter verò Carmelo-Marianorum Sodalium utilitatem, dignissi-  
 mum lucis aspectu censeo, ut quò celerius, eò salubrius, sub hac *Clavi  
 aurea*, latentes Thesauri Mariani Ordinis referentur atque dispensentur.  
 Ita sentiebam & subscribebam, Viennæ Austriæ, ipso S. Remigij Festo  
 1. Octobr. an. 1668.

F. Remigius à S. Athanasio, SS. Theologiæ Professor.

A P P R O B A T I O

Facultatis Theologiæ antiquissimæ, celeberrimæque  
 Universitatis Viennensis.



Go infra scriptus fidem facio, Librum hunc, cui titulus est, *Clavis  
 aurea Thesauri Partheno-Carmelitici &c.* Authore  
 admod. R. P. Paulo ab Omnibus Sanctis, Ordinis Carme-  
 litarum

(††) 2

*litarum Discalceatorum Sc. à pluribus Clarissimis Inclyt& Facultatis Theologica DD. Doctoribus esse perlectum; qui cum nihil à fide Catholica alienum, aut bonis moribus contrarium contineat, Typo dignus iudicatus est, ut in omnium manibus fructuosè versetur. Vienna in Domo Professus Societatis JESU, die 28, Novembr. An. 1668.*

Thomas Grassler Soc. JESU, SS. Theologiae Doctor,  
& p. t. ejusdem Facultatis Decanus.



FACULTAS R. admod. P. Provincialis Germaniæ,  
cum Privilegio Cæsareo.

F. PETRUS MARIA à S. ALEXIO,  
Provincialis Provinciae SS. Sacramenti in Germania, Fratrum Discalceatorum Ordinis beatissimæ Virginis MARIÆ de monte Carmelo Congregationis S. ELIÆ.



*Vm Decreto sacre Cæsareæ Majestatis omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, ac alijs quamcumq; librariam negotiationem exercentibus, seriò firmiterq; inhibeatur, ne quisquam libros ullos à Carmelitibus Discalceatis hæcenus editos, aut imposterum edendos, vel eosdem in diversas linguas ab alijs hominibus translatos, aut in Compendium redactos, intra Sacri Romani Imperij, Regnorumq; & Dominiorum sue Sac. Cæsareæ Majestatis hereditariorum fines, simili vel alio characteris genere, aut forma, sive in toto, sive in parte excudere, vel recudere &c. sine Facultate Provincialis Ordinis nostri, pro tempore existentis, in scriptis habenda, sub pena Confiscationis omnium librorum, & alijs gravioribus audeat, vel præsumat: Tenore presentium Facultatem concedimus, Matthæo Cosmerovio Sac. Cæsareæ Majestatis aula Typographo, excudendi Clavem auream Thesauri Partheno-Carmeliticæ &c. à R. P. Paulo ab Omnibus Sanctis conscriptam. In quorum fidem has Literas manu nostra subscriptas, ac sigillo munitas dedimus, Vienna Austria, 6. Martij, An. 1669.*

F. Petrus Maria à S' Alexio.

CLAVIS